





27

COMMENTATIONE  
DE  
**LACRYMIS CHRISTI IN ARA CRUCIS  
EFFUSIS**  
**IN SACRIFICIO GIDEONIS PRAEFIGURATIS ET A REGIO  
PSALMISTA TOTIES PRAEDICTIS**  
AD PRAESENS PASSIONIS DOMINICAEC TEMPUS MAXIME  
ACCOMMODATA  
QUAM  
**SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
CHRISTIANI**

DUCIS SAXONIAE JULIAE CLIVIAE AC MONTIUM ANGARIAE ET WESTPHALIAE LANDGRAFI THURINGIAE MARCHIONIS MISNIAE ET UTRIUSQUE LUSATIAE PRINCIPALI DIGNITATE COMITIS HENNEBERGAE COMITIS MARCAE RAVENSBERGAE ET BARBIAE DYNASTAE RAVENSTEINII &c. &c. &c.

**PRINCIPIS DOMINI NOSTRI AC PATRIS PATRIAE LON  
GE CLEMENTISSIMI GLORIOSISSIMI**  
JUSSU AC VOLUNTATE BENIGNISSIMA  
MUNUS PROFESSORIS THEOLOGIAE IN ILL. AUGUSTEO

ET INSPECTORIS EIUSDEM SUSCIPERET

**AD ORATIONEM INAUGURALEM**  
DE INDOLE AKPIBEIAS THEOLOGICAE EIUSDEMQUE  
NECESSITATE IN DEFENDENDA AC CONSERVANDA  
PURITATE DOCTRINAE COELESTIS  
IN ILL. AUGUSTEI AUDITORIO MAJORI

D. VII. MART. A. C. HOR. X. ANTEMER.

HABENDAM

**ILLUSTRES AULAE SERENISSIMAE PROCERES**  
UTRIUSQUE REIPUBL. MINISTROS REI LITERARIAE FAUTORES QUOSCUNQUE ET CIVES  
NOSTROS EXOPTATISSIMOS  
DECENTER AC PER OFFICIOSISSIME  
INVITAT

**JO. BASILIUS Gleuter**

SEREN. DUCI SAXO-WEISSENF. A CONCIONIBUS AULICIS PRIMARIIS CONFESSORIBUS CONSILII PROTO ECCLESIASTICIS ET CONSISTORIIS LIBUS UT ET DUCATUS SAXO-QUERFURTANI SUPERINTENDENS GENERALIS.

27.

*J. M. Schäffler*



Asfiones, quas Christus in arca crucis sustinuit, variae eaeque atrocissimae fuerunt. Pertinet huc (1) ipsum crucis supplicium, quod in corpore loris modo lacerato, nunc clavis transuerbarato, iis partibus, quibus sensus peracutus est; vulneribus, ob molem corporis, & expansionem membrorum, diductis atque hiantibus, non poterat non intensissime dolorificum esse. Accedebat (2) corporis eius sanctissimi plenaria densudatio. Evidem sunt, qui Christum in cruce non prouersus nudum, sed obiectum, quoad eas saltim partes, quas pudor velare iubet, pependisse autumant, quorum b. STEPH. KLOTZIVS Lib. II. de crucias. animae Christi consid. IV. pag. 59, et celeb. hodienum Lipsiensium Theologus 10. SCHMIDIVS in dispe. de nuditate hominis in triplici statu 1706. publicata p. 36. §. 31. meminerunt, ita, ut et Aqui granenses audeant ostendere velamentum istud, quo verenda Christi in cruce pendens coniecta fuerint. Sed magis tamen ex ipsius plurimorum patrum testimoniis, & ipso crucifixionis more cum C. A. P. SAGITTARIO Harm. pas. Christi Part. II. p. 761. f. q. et GERH. IO. VOSSIO Harm. Euang. Lib. II. c. VII. §. 3. ad veritatem accedere videntur il, qui Christum, penitus nudum, ac ne verenda quidem velatum in cruce pependisse, propugnant. Provocatur, qui candem sententiam ingreditur, H. WITSIVS Exercit. XVI. in Symb. Apost. §. 23. de telionium Artemidori, qui lib. II. c. LVIII. ita: γενιν γαρ επειτα μηδ enim cruci figurunt, ut adeo plenaria vestium polia in crucifixionem coniuncto more praecellent. Nec inferior ille dolor erat, quem (3) ex ignominio posuini myrrhae atque aceris cum felle permixta hauebat Luc. XXIII, 36. Negant quidem JS. CASAVBONVS Exercit. XVI. n. LXXXIII. p. 461. & modo citatus VOSSIUS Lib. II. c. VIII. §. 23. potum hunc Christo in ignominiam datum fuisse, cum Romanis acutum omnibus in cruce morituris dare consuecerint, idque ad vires reficandas, et eo magis obfirmandum animum aduersus paucos mortis. At manifeste satis ad ludibrium potum illum refert diuus LVCAS cap. XXIII. 36. ἐπένθυσεν δὲ αὐτῷ οὐδὲ τις ἀγέλωτος, παρεπομπεύει τοιούτος τε προφήτης αὐτῷ, ubi nullam aliam causam potus illius oblati, quam summum ludibrium, & ridiculum Christi subfannationem fuisse (quaer verbū τοῦτον puer emphasis est) diserte testatur. Hinc recte CHRTOSTOM. Hom. LXXXVIII. in c. XXVII. Matth. f. m. 905. ἐδωκεν αὐτῷ οὗτος πίνειν, τοῦτο εἰσθέτορες, οἱ dederant ei secundum bibere, hoc etiam ex contumeliam. Mihique hic quam maxime ad palatum est Summ. Rec. Dn. DETLINGII Sententia. Postquam enim Vir Doctissimus Tom. I. obseruat, Sacr. p. 219. fqq. ex auctoribus haud infimae causeae probatum dedit, acutum Romanis ad egestatem redactis, tenuis fortunae hominibus, & gregariis praesertim militibus potum familiarem, et pro vino bibi sollicitum fuisse, (quod quidem et IO. DOVGTHAEF'S Analec. facr. Part. II. excus. XLII. p. 62. docuit, eo, quod acutum refrigerandi summa vi pollare, teste PLINTIO, et in stitulosioribus mundi regionibus ad sitim levandam cum primis aptum visum fuerit) ac veri inde valde simile esse, vas illud a militibus adlatum, positumque fuisse ad bibendum: non ut Christo ponum ex eo darent, sed ut sibi potum ex eo sumerent; hinc ignominiam potu isto Christo intentatam egregie ita explicat. Ideo, inquit, Christus crucis supplicio affectus erat, quod dixerat se regem esse. Miles ergo, uscruicato illuderet, tanquam dano regi, acutum potum vilissimum praebebat, ut vilem insinuante hominis conditionem, cui vini loco bibenda foret posse, indicaret, eumque sarcifice derideret. Spectat huc (4) derelictione a Deo, quam Christus misere exclamauit in patibulo crucis: DEUS mihi, DEUS mihi, cur me dereliquisti Matth. XXVII, 46. Constituisse hanc desertiōnēm in eo, quod in maximo concursu malorum, propter peccata hominum sibi imputata sic senserit iram Dei, aut Deum a se omnium peccatorum personam suffidente, alienum, ut nullum sentiret intra se, ex plenitudine inhabitantis divinitatis, solitum,

docent

docent Theologi. Addocuntque simul in trihorio illo, quo se ab ipso Deo desertum clauit, poenas infernales et aeternas, si non extensius, quoad durationem et aeternitatem, intensius tamen, quoad vim, vigorem, acrimoniam, pondus, extremitatem, et substantiam, ipsum in anima sua sensisse, quorum cruciatuum quidem apices vel inde colligere possumus, quod eos omnes, quos in vniuersum mortalium omnes sustinere debebant, exaurire, pro iisque satisfacere voluerit. Arque hoc sensu intelligenda sunt verba S. R. D. BYDDEI quando Justit. Theol. Dogn. Lib. IV. c. II. §. 22. p. 831. ait: quando autem nonnullis dicitur, Christum dolores infernales sensisse, non ita hoc capiendum est, ac si eos ipsos dolores, quos damnati experiantur, senserit; sicut enim hoc patto peccata etiam cum ipsi doloribus conunita commisisti; sed postea ita intelligendum, quod dolores adeo graues, ut eum infernalibus comparari possint, revera in anima sua senserit. Ni fallor enim, verba, quod Christus non eos ipsos dolores, quos damnati experiantur, senserit, de doloribus extensius sic dictis; et verba, quod dolores adeo graues, ut eum infernalibus comparari possint, revera in anima sua senserit, de doloribus intensius sic dictis accipienda sunt. Quod si enim verba, ut acent, dolores Christi infernales eos duntaxat significant, qui cum infernalibus comparari possunt, eosque adeo revera Christus non senserit vere, quoad illorum rigorem et substantiam, refragare omnino vir celeberrimus communis Theologorum nostrorum in hac doctrina adseritioni. Sane, si eos tantum gravissimos cruciatus Christus pati voluit, qui cum infernalibus comparari possunt, non ipsos cruciatus infernales vere et proprie sic dictos sensisse ipsum existimandum est. Quod enim analogice de re quaipiā dicitur, de forma et essentia ei praedicari non potest. Ad passiones Christi in patibulo crucis sufferendas pertinet. (5) famosissimi tituli: *Hic est enim dominus tuus iudicium et signatum.* LVCAS equidem c. XXIII, 32, et IOHANNES c. XIX, 19, de tituli illius ignominia, qua Christum suffundere voluerunt impii, plane tacent, nam vero MATTHAEVS c. XXVII, 37, et MARCUS c. XV, 26, significantius exponunt. Vterque tunc certe alijs memini, quod LUTHERUS noster apud Matthaeum transluit: *Die Ursach seinē Todes,* et apud Marcum: *Es war oben über ihm geschrieben, was man ihm Schuldbrot gab.* Scilicet, cum veteres de damnato homine supplicium lumentes, in loco supplicii conspicuo *Ecce homo!*, seu (ut vocant) titulum affigere consueverint, que breviter admotus populus poemac a reo expectac causam inteligeret, coque exemplo a simili facinore perpetrando ceteri euocarentur, ut eruditus mons SANVEL RETHERVS in diff. de crucifixi Iesu titulus, Kiliae Holtior. edita 1694. c. III. p. II, inde etiam imposita fuit haec inscriptio crucis saluatoris nostri. Tanto vero asperius invehebantur in illum Iudei, quo magis confit, eum nunquam imperium potestatemque rerum Judaicarum appetuisse, sed de promovendo regno gratiae tantummodo fuisse sollicitum. Dicendum vero, et illendum aliquid cruci erat, ut, quod deridendum sibi propinaret, haberet rudes plebeios. Porro (6) eius etiam crucifixio inter duos latrones ad narracionem crucis referenda est. Inter monstra turbarum Judaicarum excisionem urbis praecedentium, primam fere animaduisionem merito sibi vindicare multitudinem *τόν θεόν* atque horrendas strages ab ipsis editas, notat LIGHTFOOTVS Hor. Hebr. ad h. I. Vol. II. op. f. m. 386. Facile colligere est, quo odio profecti fuerint hos male feritos homines honoratores Judaei, ac tantum non pro perte patriae ac communi hominum corruptela ipsos habuerint. Nec vero maioris pretii Christum habendum esse indicant, dum medium ipsi locum inter duos latrones adsignant. Scire id exprimit CHYRISTOSTOMVS Hom. LXXXVII, in c. XXVII. Matth. f. m. 903. a. *Καὶ πέπαυσε διδεῖς ἀγοράς, ταῦτα δέξῃς ἐν ἔκπληξεν νόσῳ, μέδιον vero ipsum crucifigunt, υπεξισταντίον λαρνακόν παρτίς σιετε.* O quantum opprobrium! Qui circumiunat benefaciens et sanans omnes, in quos dominium habebat diabolus Actor. X, 38, is latrone, qui spoliat, murlat, lacerat, quemcumque nactus sit, pejor habetur.

habetur, dignusque adeo, in quem atrocissime consulatur. Accedunt denique (7) tot  
convicia ac sibila, quibus ipsum in cruce pendente consecutati sunt, ut approbrium cor  
suum fregisse Pl. LXIX, 21. haud absre ciulauerit. Sane non leuioris momenti est, quod  
Matthaeus c. XXVII, a comm. 39, usq; ad 45, probra illa in Christum congesta tam copio-  
fissimis verbis recenscat, cum diffusiore adeo filio vix aliud passionis dominicae genus, is,  
aliisque Evangelistae persequantur. Quemadmodum enim primorum parentum *έποια*  
in affectata Deitate potissimum constitisse, haud improbabile est, ita Christo in tota  
sua *έποια*, et praesertim in ultimis suis passionibus, per tot conviciorum vias eundum  
erat, ut Deo redderet, quod suum est, Iuue et humiliare, et patientia, insolentem no-  
stram ostentationem expiare. Non incongrue hinc vocatur *τεργάν* seu *ultimo* Ap. I, 11.  
non eo tantum sensu, quod ab aeterno sit, nulloque temporis sine circumferatur, sed  
et, quod omnium hominum *ultimo* seu *απεκτίθησμα* fieri voluerit in passionibus, ini-  
riisque exanlandis, cum *τέρπων* seu primus vocetur ob praerogatiuam in regno gra-  
tiae piae fidelibus, ut eruditus monet CAMP. VITRINA AVARIA. Apocal. p. m. 24.  
Num vero etiam *inter illa παθήσαντα crucis Seruator optimus lacrymas fuderit?* que-  
satio oritur. Largimur facile, earum lacrymarum non meminisse Euangelistas, sed sup-  
ponunt omnino, quod nemini dubium fore existimabant. Inter tot enim in cruce  
exanlates passiones Virum dolorum non fleuisse, quis sibi perfuadebit? Et plura, ni  
fallor, ex infernali Iudeorum rabie Christo in cruce pendentis accidenterunt, quae alto  
silenti populo inuolunt sancti viri, de quibus tamen dubitandi nulla quidem ratio no-  
bis relinquitur. Quae etiam membrorum est paucio, ea itidem ut plurimum est capitis.  
Ait videmus, fideles, membra corporis Christi mystici, ad probra impliorum in se con-  
gesta plerunque in fletum crumpere, *σαλαφεῖς ipsi ταργυμα πανις διν νοτηγε*, dum  
discutit ad eos tot die: *Ubi est Deus tuus?* Pl. XLII, 4. Non absuile ergo a Christo tot  
conuictis & imprecationibus in cruce lacescit fletum putamus, ut, ne alienum quid  
libi contingere existimere fideles, iisdem tentationibus obnoxii, 1. Petr. IV, 12, &c., ut  
de conformatione cum Christo capite suo eo gloriosius laetentur. Sed accusatus rimanda  
sunt argumenta illa, quibus illae Christi lacrymas commonistrandae sunt. Atque hic par-  
tim attendimus ad *ΤΥΠΟΝ* lacrymarum Christi quo illae in V. T. praefiguratas fuerunt,  
partim ad *VATICINIA* quedam, quibus regius Psalmista ea praedixit. *ΤΥΠΟΝ* lacrymarum  
Christi in veniente me puto in sacrificio Gideonis Angelo Domini oblati, ubi hocodus  
cum adjunctis dapiibus altari impositus, stotope jure perfusus dicuntur. Verba textus Judic.  
VI, 20, haec sunt: *Dixit autem ad eum Angelus Dei, sume carnem, & azyma, ac ponē supra*  
*petram hanc, ius verò funde [super illa] I fecit ergo sic.* Quod hic *לְתִזְבַּח* non  
alius, quam Angelus increatus, seu ipse Filius Dei fuerit, B. ABRAH. CALOPHIUS Bibl.  
illustr. ad h. l. prolixus demonstrat. Et commi. 14. discute *לְתִזְבַּח* vocatur, idemque v. 16.  
Gideoni auxilium adversus hostes pollicetur, immo, miraculo ediro, se revera Deum de-  
monstravit, cui etiam ceu Deo Gideon sacrificium obtulit, v. 19, & 20. Iplumque  
etiam illum angelum increatum, seu filium Dei, per rupem illam, cui ius infundendum  
erat, haud obscure praefiguratum fuisse, fatemur, quemadmodum *לְשׁוֹבֵב רָעִים*  
*scandalis* Es VIII, 14. & 1. Corinth. X, 4. *וְיֻמָּנֶה אֲדֹנָשׁוֹנֶס מְרָאֶס* spiritualis Ifracili-  
tas in deserto iter facientes comitantes petra nomine venit, ut alia loca taceam. Sed  
mysterii hujus rationes paulo altius inuestigandae sunt. Nec enim fallor, si sub rupi illius  
emblemate partim *מִן אֲדֹנָשׁוֹנֶה בְּשָׂרֶב נְגַפְּגָעָה וְרָאָה אֶת* Act. II, 23, seu certum illud et  
definitum Dei de Christi passione & morte consilium, quod vere basis & fundamentum,  
omni petra immutabilis, apparitioni ejus in mundo & totius ministerii fons  
sunt, partim locum supplicii Christi, rupem illam Golgatha dictam, cuius typum simul  
gesit petra illa a Mose in deserto percussa, intelligam. Quid vero quoquo per-  
fusio juris significat, quam Angelus Domini Gideoni praecipit, dicens: *Effunde jus*  
*supra*

*Supra petram.* Eruditissime ac summo cum eruditorum adplausu CAMP. VITRINGA Lib. IV. obser. facr. c. XV. §. 8. p. m. ino. mysterium huius rei aperit ex historia passionis Domini sudore et sanguine suo perfusi. Nimirum significari, Christum hominem in durissimi passionibus, quibus se Deo in sacrificiam offerret, naturali liquore ipsius sui corporis perfundendum esse; sudore quidem et sanguine suo. *Sanguis Christi,* inquit, in granifinis eius passionibus adeo vehementer agitatus est, ut sudorem foras propulerit ad instar querarum sanguinis. *Ipsi de eo Psalm XXXI, 15.* *Effusus sum in flos aquae.* Sudor ille contumebat ipsi corporis Christi vires, quemadmodum animatis coetate praecipuas colliguntur in ius, sine in liquorem, qui coquendo aut affando exprimitur, et quandoque camatio liquore commiscetur. *Sic Christus Jesus totus sudore defluit,* quasi cedus et affus per summam sanguinem sui agitationem, suo iure perfusus est, de quo ipse alio loco non minus vere quam patet: *Exarescit, ut testa, vix mea.* Spiritus animales per frequentiores et densiores exhalationes vna cum vitali liquore sanguinis ac aliarum corporis partium sensim fuerunt consumpti, atque ita ipsa Christi Domini vis exaruit. *Inno ipse suo iure perfusus est,* quando sanguine, de infictis in imposta corona spine, flagellacione, crucifixione ac latere in ansosso, vulneribus, undique percurrente, et corpus eius madefactente, de cruce pendens, et se ipsum patri Deo conferens in ultimam. Nihil pulcrius, fateor, nihilque ad rem piamente meditationem accomodatius dici potuisse. Mihi tamen addere licet, quod et illa turis perfusio sacrificio Gideonis typus fuerit lacrymarum CHRISTI in rupe oliveti et Golgathae effusarum. Sancte, cum typum Christi Gideon in hoc suo sacrificio gererit, vt praeter Viringam et BIERNANNVM in Mose et Christo Lib. I. c. XL. p. 220. seqq. nostris b. WALTHERVS officin. Bibl. p. 933. pluribus ostendit, non video, quid prohibeat, quo minus typus illi eousque extendendus sit, vt sub schema iusculi illius effusus lacrymas Christi intelligamus, cum antitypus ad omnia ea, quae in typo comprehendantur, salva tamen pietate et analogia fidei, applicari possit. Accedit, quod verbum pro hoc loco obvium, et liquorem, qui coquendo aut affando exprimitur, significans, optime lacrymas CHRISTI delinquit. Etenim, quid illae aliud fuerunt, quam liquor ex intims animae eius visceribus defluens? Quid aliud important, quam sudorem animae CHRISTI ex rotundissimi passionibus, imo ex sensu ipsius irae diuinae largiter excussum? Et sicuri vires carnis a Gideon in sacrificium oblatae, excoctae proflus fuerunt, atque penitus exhaustae; ita exarua quoque omne Christi robur, omnemque succum natuum ac vigorem, per rugitum suum lacrymarumq; missiones, non dubitamus, quemadmodum exultine lacrymarum fluxu sicut gulae induci, viresque corporis graviter debilitari constat, conf. PL XXII, 16. Joh. XIX, 28. Attendantus modo ad pretiosissimum hunc lacrymarum Christi liquorem, quo respicere mihi videtur angelus baculum suum ad carnes et azyma Gideonis extendens, suumque hoc nobis mysterium commendans. Plura de hoc lacrymarum Christi tipo differant in *Ιαπωνογλωττικā* mēa sacra, cui ultimam manum propedium impositurus sum. Sed et Davidicū habemus de lacrymis Christi in ara crucis effusis *πατείνια,* quae Psalm. XXII, comm. 2. et 15, et Psalm. LXIX, 11, leguntur. Quod ad Psalmum XXII, atinet, non solum de Christo vero Messia in genere explicandus est, ut dudum theologi nostrestris contra Judaeos docuerunt, sed et speciatim illi ultima *πατείνα* Christi in cruce pendentis nobis inculcat. Comprobat id statim eius *Contra i. ubi verba:* *Deus mihi, Deus mihi, quare me dereliquisti,* eadem fuerit, quae Christus non alio tempore, quam quo in cruceactus erat, exclamavit Matth. XXVII, 46. Marc. XV, 34. Deinde *Contra VIII. et IX.* exactissime fibilis et contumeliis, quibus Christus in cruce expofitus fuit, respondent. Quod David dicit: *Ego sum probrum hominis, et contemptus populi.* Omnes videntes me, *sibyllant me, dilatant lobium, et mouent caput,* id *ἀνθράξει* proflat Matth. XXVII, 39. *Praeterentes vero blasphemabant illum,*

illum, mouentes capitula sua. Quod addit divinus propheta: *Volut super Jebouam, qui eripiet illum, liberabit eum, quia delectatur eo, id itidem ludibrium malefatorum hominum erat: Confusus est Deus, qui eripiat aunc ipsum, si vult ipsum;* dicit enim, omnis filius Dei sum, Matth. I. c. v. 43. Et quod denique David aderit: *Exaruit sicut testa virtus mea, et lingua mea adhaesit fauibus meis,* v. 16. Et v. 17: *circuminxerunt me, perfolientes manus meas et pedes meos, numerare possum omnia offa mea, illi vident et spectant me,* id itidem de nulli alio passionum dominicarum genere accommodatus dici potest, quam desit, qua Christus in cruce perirebatur, (cum de lingua sua fauibus suis adhaerente alio tempore non conquisitus fuerit) et de perforatione manuum et pedum, quam perperfus est Saluator morti jam proximus. Utrusque vero disertam mentionem facit divinus IOHANNES cap. XIX. Comm. 28. et 34. Certe omnia adeo sua luce radiant, ut, si unquam Spiritus Christi in prophetis operatus et versatus fuerit circa m<sup>ic</sup> XCVIII viciuum, quod Petrus adfirmat, 1 Epist. IV. ii, in hoc praecipue vaticinatum omne suum robur, omnemque suam *anida* contulisse mihi videatur. Totusque praeceps est in eo CAMP. VITRINGA Obser. Sacr. Lib. II. cap. IX. §. IV. seq. p. m. 326, ut ex *מִנְחָה* se *פְּגֹזֶה* perforationis manuum et pedum ipsam Christi crucifixionem verbis clarissimis praedictam fuisse, evidenter demonstret. Bene uringe, si tuos Psalmus hic XXII, non ad Davidis, vel alius praeter Davidem personae qualisunque, sed unice ad JESV CHRISTI Mariae Filii passiones, easque ultimas in cruce referendus est! Sed hinc infero, quod et eiusdem Comma II, ubi Christus *longinquum est Deum suum & salutem suam & verbis rugitus fui,* et Comma XV, ubi effusum se esse instar aquae conqueritur, de iisdem ultimis crucifixi JESV doloribus accipientia sunt. Si hoc, ut negari nequit, non est, quod de lacrymis Christi in cruce effusis amplius dubitemus. Eternum *מִנְחָה* rugitum Messiae v. 2, (ubi a *רַבְגָּתָן* i' 1785 *פָּוֹנֵג מִגְדָּל* Matth. XXVII, 46.) cum acerbissimum simul lacrymis conjunctum fuisse, ex Ps. XXXVIII, 9, haud difficulter cognoscitur, ubi David graueriter afflictus angustiarum suarum magnitudinem eadem voce testatur *מִנְחָה rugio, inquit, instar leonis prae fremitu cordis mei,* Luth: *ich heute für Unruhe meines Herzens,* Conf. Hiob. III. 24. Nec fallor, si voce *מִנְחָה rugitus*, à radice *רַגְגָה* rugit, quod proprium est leonum, multi flues et intensissimas Jobi, Davidis, ac Christi lacrymas significari existinem. Quemadmodum enim rugitus leonis, ad quem concitat, vel ex dolore, quo compungit, vel ex atrocí fame, quando sibi alimenta parat, intensissimus est, vt VIRGILIVS Lib. IX. Aeneida de eo canat:

*Impastus eum plena leo per ovilia turbans  
[Suadet enim desana famas] mandat que trabit que  
Molle pecus mutuunque metu, fremit ore cruento s*

Vox etiam illa rugitus adlamentabilem ac horrendum dolentium ululatum transferatur Jerem. LI. 38 ita inquam, voce *מִנְחָה* seu rugitus fletum Christi in cruce Spiritus Sancti indicare voluit, maxime, cum rugis Christi non alio sensu dicere posimus, quam quod prae nimis cordis sui doloribus et angustiis in fletum totus solitus fuerit, clamaueritque. Id insuper est, quod commate XV, vbi Messias effusum se esse instar aquae conqueritur, apertius prostat. Quid enim est effundi instar aquae? Et ubi, quando, quomodo Servator noster instar aquarum effusus est? Nil sane aliud haec *פְּגֹזֶה* inferit, quam lacrymarum, earumque uberrimarum fluxum, et effusus est Christus instar aquae, ubi lacrymis totus immaduit in cruce. Volupte mihi fuit nimioperc, quam et 70. COCCEIUM Comment. in Psalm. ad h. I. effusionem illam Christi instar aquae de lacrymis iisdem eius in ara crucis interpretatum fuisse, deprehenderim. Non ignoro, CAMP. VITRINGAM Obser. Sacr. Lib. IV. c. XV. §. 8. p. m. 112, ut supra diximus, et e nosfratribus b. MART. GETERYM Comment. ad h. I. per effusionem illam confutatas sudore san-

sanguineo et excoctas quasi corporis et animae Christi vires intelligere. Sed quae illorum virorum doctissimorum interpretandi licentia fuit, eadem et nostra est. Intelligent illi excoctionem virium corporis et animae Christi, ubi in istar aquae effusus dicitur, nos stylo ad phraselogiam biblicam accommodatoe, et ex cohaerentia textus; effusionem illam in istar aquae de lacrymis Christi in aera crucis exponere malumus. Primo enim calamitatis et lacrymarum Symbolum in Scriptura S. aqua est, et effundi in istar aquae lacrymarum imbre quam maxime denotat, ut plura hac de re loca suppedit B. SAL. GLASSIUS Phil. S. p. m. 1702, non est ergo, ut à communis hoc Scripturas. loquendi genere recedamus, et excoctas solummodo Christi vires, quae equidem consumptae satis fuerunt, intelligere velimus. Deinde ipsa *στοιχεία* verborum hanc interpretationem à nobis postular. Addit enim statim Christus: *Et dissoluta sunt ossa mea, factum est cor meum sicut terra, liquefactum est in medio viscerum meorum.* Ait, proprie loquendo, non dissoluta fuerunt ossa Christi in sudore suo sanguineo, et excoctis inde corporis et animae viribus, dissoluta vero fuerunt ossa ejus in ipsa cruce, ubi expansis manibus et pedibus, et transuersum per eadem membra actis durissimis clavis de cruce pendit, ita, ut ossa eius facile quis numerare potuerit v. 18. Et esto, factum esse cor eius sicut cera in ipso sudore sanguineo, quo perfundebatur, ita etiam liquebat in aera crucis, cum auolla ad tempus patrii sui coelestis gratiosa facie omnium peccatorum grauitatem, legis diuinæ maledictionem, et ipsos denique dolores infernales perfundiceret. Si porro aliud, hoc sane egregium tellimonium lacrymarum Christi in cruce fusarum est, quod Psalm. LXIX. Comm. XI. extat, ubi Messias fleuisse in ieiunio animae suae dicitur. Luther. *Und ich weine und faste bitterlich.* Psalmum hunc idem (est enim eiusdem argumenti cum Psalmo XXII) ultimos Christi in cruce patientis dolores nobis ob oculos ponere, vel ex ipsiusmet hifce verbis haud obscurare colligitur. Ante omnia demonstrandum nobis est, de quo ieiunio loquatur hic Messias? Jejunasse Christum saepius in diebus carnis suae, non est dubium. Stata diuinitus ieiunia utique celebravit, legis quippe diuinæ obseruantissimus. Imo extra etiam ordinem jejuniale ipsum, cum integras noctes consumserit precibus, quis inficias iverit? Sed de hisce jejunio davidem h. l. non loqui, vel inde constat, quod *τέλεως* in opprobria sibi facta esse illa jejunia conqueratur Salvator comm. XI, eod. *Quo enim tunc tempore, & à quibus jejunia Christo exprobata, & in opprobria unquam data fuerunt?* Sane, ne γέρο quidem in rito N. T. extat, unde probare potest, exprobata fuic Christo jejunia sua, in vita nempe anteacta, priusquam in crucem ageretur. Insimularunt ipsum potius commissariatum cum publicanis & peccatoribus: *ἰδὲ ἀσπασμοὶ θάγοι καὶ αἰνῶντος*, Matth. XI, 19. Gloriam jejuniorum sibi tantum vindicabat Phariseorum *ἀξιότητα*, quam quondam in unaquaque hebdomade die videlicet secundo & quinto jejunasse, ex pharisei illius exemplo constat, cuius mentio fit apud Lucam; ait tanta gloria longe inferior, et ad ventrem multo projectior videbatur. Salvator judacis, quam vt jejunare ipsum unquam crediderint. Superest ergo, ut jejunium illud, quod in opprobrium ipsi datum erat, de *victorio illo*, quo in cruce adligebatur, exponamus. Vehementissimum hoc jejunium erat, quoad animam et corpus, quod vocē *υέτει* emphaticè exprimitur. Jejunabat hic anima Christi in cruce, ubi se derelictam esse à Dō, seu omni sensu influxu diuini gratiosissimi corentem, sentiebat, Pf. XXII, 2. Matth. XXVII, 46. Jejunabat etiam ieiunio corporali. Idque parum miraberis, cum post epulum Paschale nullo se cibo refecerit, totam noctem effuso insuper sudore sanguineo insomne traduxerit, ubi primum dilucubrat, ad hunc illumque judicem injustum protritus, ac derique totius corporibus, flagella, et spinae coronam suffereret, exhaustus fuerit. Uno verbo cum statim exclamaret Salvator, qua urebatur, felleque et acetato potaretur Pf. 69, 22. Matth. 27, 34, in

in hoc consistebat icinium Christi in cruce. Et in opprobrium hoc ipsi omnino dabatur, quod Psalm. citato v. 8. 20, 21. prolixis verbis indicatur. Christus nullus hic negligit voces, quae probrum aut ignominiam statut, in quo tunc erat, designare valent. Nunc vero porrò cum isto Christi tecum in cruce lacrymae eius totidem verbis coniunguntur. Et, **אַבְכָּה**, fleu, inquit Messias in *icinio animae meae*, et hoc mihi factum est in opprobrium v. XL. Causae fletus iustissimae aderant, quas aliquoties diximus. Fletum hunc quoque acerbissimum fuisse, et vel inde colligitur, et eundem infer verbum **נִזְבֵּחַ** docentibus concordantius, maxime cum hic additum sit **וְנִזְבֵּחַ** anima mea. Nectarium in oculis ploravit anima Christi, ut Jeremias fleuit c. XIII, 17 sed fletum externum et sonorum suffic recte obseruat STARKIVS in Not. select. ad h.l. Nempe, quemadmodum Arpa et Ruth vocem suam suffulisse et fleuisse dicuntur, Ruth l, 14. quemadmodum uniuersus Iraeliticus postulus, audita angeli domini voce, sublato ciuili fleuit, ut nomen ei loco indiderint Bochim Jud. II, 4. 5. ita etiam Christus in crucem actus, alta et sonora voce, fletum lacrymasque emisit, ut miserabiles hominum, quoque fuere, adlictorum, nunquam videris. Quo vero praeclite temporis momento illum fletum lacrymasque Christus ediderit, non absonum erit sciscitari. Vtique non fallor, si intra illud coniutorum, sarcasmorum, illusionumque spacium, de quo ante diximus, erupille illas contendam, idque ex grauisima ratione, quod in Psalm. nostro LXIX. v. II. lacrymac illae et opprobria Christi immediates, et una quasi serie connequantur: *et fleui in icinio animae meae, et in opprobrium hoc mihi datum est;* nec tamen absuile cas a clamore illo valido, quo derelictum se esse à Deo conquisitum est, immo longe ubiores et intensiores sub isto factas esse, crediderim. Erat enim illa desertio à Deo ad iustissimum *exevacatio* sua gradus, et tantus quidem, quemad mente adsequi, verbisq; exprimere impares profus sumus. Quicquid maledictionis divinae erat, quicquid sensus irae divinae, quicquid potestatis portarum infernaliū, id omne, agmine quasi facto nunc in Christum irruerat, turbabatque animam eius iunctissimam. Quibus non lacrymis lancinamur sub tentationibus spiritibus, ubi Deum misericordie nostrae oblitum esse putamus, conf. Psal. VI, 7. Ps. CI, 10. Et virtutum illum dolorum *καὶ ἐξογκωτοῦ* sic dictum, delectio em illam patris cui coelestis absque illa lacrymata doluisse purabis? Accedit, quod Ps. XXII, 1. rugiisse Christus dicitur eo, *quod longinquus fuerit Deus à salute sua.* Quemadmodum vero haec longinquitas Dei à salute Christi speciatim intelligenda est de delectione patris sui coelestis, quam misere exclamauit in cruce, ita etiam ipsa temporis mora, quo delectum se à patre suo facebatur, in lacrymis solverebat, quas *עֲנָנוּ* seu rugitus, ut supra ex parallelo Scripturae S. docimus, hanc obscurae indicat. Tandem ex illustri loco Hebr. V, 7. ubi Christus in diebus carnis sua *μηνή οὐρανὸς ἤχοι ποιῶν* cum clamore *valido* et *lacrymis* preces suas et supplications ad eum, qui seruire ipsum poterat ex morte, obtulisse dicitur, illae seruatoris nostri in atra crucis effusae lacrymae commonitoriae essent, sed, ut commentationi huic sacrae colophonem imponamus, angustior charta praecepit. Memores simus lacrymarum Christi, et inde ad lacrymas vere spirituales prouocemur. Dab. & Museo Leucoper,

d. 7 Martii MDCCXXXIX.

---

LEVOCETRAE,

Literis Godofr. Andr. Legii, Aulac et August. Typogr.

78 M 496

ULB Halle  
001 618 148



3

TA-DO

K018

b7



27

COMMENTATIONE  
 DE  
**LACRYMIS CHRISTI IN ARA CRUCIS  
 EFFUSIS**  
**IN SACRIFICIO GIDEONIS PRAEFIGURATIS ET A REGIO  
 PSALMISTA TOTIES PRAEDICTIS**  
**AD PRAESENS PASSIONIS DOMINICAE TEMPUS MAXIME  
 ACCOMMODATA**  
**QUAM**  
**SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
 DOMINI**  
**CHRISTIANI**

DUCIS SAXONIAE JULIAE CLIVIAE AC MONTIUM AN-  
 GARIA-  
 NIAE  
 NE  
 PRIN  
 MUN  
 A  
 ILL  
 SEREN  
 FESS

AFII THURINGIAE MARCHIONIS MIS-  
 INCIPALI DIGNITATE COMITIS HEN-  
 AVENSBERGAE ET BARBIAE DYNA-  
 STEINII &c.&c.&c.  
**AC PATRIS PATRIAE LON-**  
**IMI GLORIOSISSIMI**  
**ATE BENIGNISSIMA**  
**LOGIAE IN ILL. AUGUSTEO**  
**EUSDEM SUSCIPERET**  
**I INAUGURALEM**  
**THEOLOGICA E IUSDEMQUE**  
**ENDA AC CONSERVANDA**  
**RINA COELESTIS**  
**AUDITORIO MAJORI**  
**HOR. X. ANTEMER.**  
**NDAM**  
**SERENISSIMAE PRO-**  
**JBL. MINISTROS REI LITE-**  
**OSCUNQUE ET CIVES**  
**OPTATISSIMOS**  
**IR. OFFICIOSISSIME**  
**TAT**  
**LIUS Gleuter**  
 NCIONIBUS AULICIS PRIMARIIS CON-  
 CCLESIASTICIS ET CONSISTORIA-  
 AXO-QUERFURTANI SUPER-  
 GENERALIS.



*J. M. Jollatz*